POSTILLA,

Eli

Vlgostoimitus/

nijnen Evangeliumitten päälle
cuin ymbäri Aiastaian/ saarna-
tan Jumalan Seuracun-
nasa.


Caickein Jumalisten ia Hy-
wäin Suomalaisten/ iotca Jumalata ia
hänen Pyhä Sanans racastawat hywäxi opixi
ia oienuxexi tehty ia coconpantu.

Toinen Osa.

Pyhän Colminaisuden Sunnuntaista
nijn Adwenti Sunnuntain asti.

ERICUS ERICI
Episcopus Aboënsis.

Präntätty Stockholmis Christoph. Reusnerild.
ANNO 1625.



IN
IMMORTALEM AUTORIS,
ET OPERIS NOVI LAUDEM,
famamque.

Ridebat doctum Sutor piceatus Apellem,
Iuncta suæ parti quod malè sura foret.
Hic cum pingendi subtilis in arte Magister,
Ingenio multum nosceret, ille nihil.
Te quoq; fors, Italum, Doctor, perfundet acetum.
Invidiam virtus nam sibi sola parit.
Attamen ede tuos fœtus ætatis in usum.
Non habet Archilochos Ars nisi docta rudes.

Honoris & memoriæ,
ergò posuit.

M. David Meisnerus Lubecensis, Ecclesiæ Germanicæ, quæ Holmiæ Suecorum colligitur, Pastor.





REVERENDISSIMO ET NOBILI DOMINO,

DNO. ERICO ERICI

de Raffwenäås inclijtæ diecœseos Aboënsis EPISCOPO meritissimo, & Theologo laudatissimo, artiumq; humaniorum Studiosorum Mecænati propensissimo Domino & fautori meo certissimo, Carmina hæc submissè & reverenter offero.



Obilium decus, Antistes per Aboica rura
Maxime, & Aonij portis prima chori.
Si nunc incipiam tua gesta decora per ora
Ferre hominum, nunquam sufficit ipsa dies!
Sed taceo, cum nota tua est doctrina, fidesq;
Omnibus, & veræ religionis amor.
Hinc tua quid virtus meruit, testatur idipsum,
Quod cum laude pia nobile nomen habes.
Quo celsus te Rex, quò te Respublica tota,

Et ſacer ordo virum condecorare ſolet?
Et novi Dominam genoroſam ſtemmate claro
In thalami quondam vincla ſubiſſe tui:
Sic Deus omnipotens, qui cuncta ſub axe gubernat,
In magnum elegit te eximiumq; virum,
Et voluit te aliis magnâ pietate præeſſe,
Dum frueris ſacri Præſulis officio,
Atq; miniſterium, quod Finnonis ora, ſacratum
Diligit, egregia mente fideq; Regis,
Quod benè rexiſti multosq; fideliter annos,
Teſtatur velût id turba dicata Deo,
Et tua cijgneas quæ imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras, quæ alba ſenecta comas.
O quas delicias! O quæ benefacta Tonantis
Vidiſti olim & nunc ô Reverende Senex,
Qui poteras ſummi ſanctiſſima verba tot annos
Sincerâ Jovæ tradere voce gregi,
Et celebrem ſervare Scholam, Eccleſiamq; tueri,
Dulcia queis florent Finnonis arva tui.
Quid tua promerita dicam præconia laudis?
Quid virtute tuâ præmia digna canam?
Et quoties tuleras, laudata ſtipendia plebi,
Quæ curâ Muſas fervidiore colit:

Nec multos, quorum sordent tibi munera, dicam,
Rarò qui Musis invigilare solent.
Cætera quæ pulchrè facis, haud me dicere fas est,
Singula cum norint clara lycæa SALAE.
Quod superest sacram Triaden, quæ cuncta tuetur
Atq; fovet, calido pectore & ore precor,
Ut velit ætatem pijlios servare per annos
Incolumem, præsul maxime ERICE, *tuam.*
Et precor ut Dominam solamen spemq; tuam u-
nam
In mundo servet faustiter inde tuam,
Ut tandem cœli super astra beata beati
Perpetuos sitis sic sine fine dies.
Fac, Reverende Senex, placeat tibi carminis
ausus,
Quem modò demissâ mente fideq; fero.
Fac tuus & studiis, queis do mea tempora, sacris
Hisce meis veniant auxiliumq; favor.
Sic, spicas dum turba metit Svecanaq; aristas,
Vivet inextinctum nomen in orbe tuum.

V. R. Humilimus servitor.

IOHANNES IOHANNIS
Prijß Südercopensis.

IN

IN

Honorem admodum Reverendi & Clarissimi Domini,

DN. M. ERICI ERICI,

Episc. Aboënsis longè dignissimi, hæc sequentia carmina Finnonica adiecit.



Ny sinul on Suomi swri/
HErral ioca armost jwri/
Monet lahiat sinul canda/
Sydhämestäns kijtos anda.
Joc eij cauvan Aica sijttä/
Tämän lahian sinul lijttä/
Miehen cwloisan Turusa/
Hän ylösherät Lopusa/
Pispan sijnä Miehen Wanhan/
M. Erichin Eläwän.
Se sinul Jumalan mielen/
Vlgostulkitz Suomen kielen/
Täsä Kirias Cullaisesa/
Jongas osta saat Suomesa.
Jong hän oudhoist Kielist käänst/
Sijttä wihdoin Suomex wäänst.
Tämän Cullaisen Työn tähden/
Hänel kijtos anna nähden/
Nijn myös Rucouxisas muista/
Ja sws panetoxest suista.

V. R. Obseq. Clientulus,

Olaus Petri Sämingensis, qui in hac Postillarum posteriori Parte excudenda, fideliter laboravit.